



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite Christiano

Erasmus, Desiderius

Lypsi, 1516

VD16 E 2746

Regulae quaedam[m] generales veri Christianismi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33324

seuerus & incorruptus sibi videt. Vis & huc discuti: Si animo indulget suo, seruitq; rigori cuida genuino, nullo animi dolore, nonnulla fortassis cu voluptate, nihil tñ a iudicis officio diu uaricās, ne sibi p̄tin⁹ placeat. Mediū est quod facit. Qd' si lege vel ad odiū priuatū, vel ad cupiditatē abutitur, iam carnale est quod gerit, & homicidiū p̄mittit, sin ingentē aio p̄cipit dolorē quod eum cogit perdere, quē mallet emendatū & incolumē, & p̄cnam cōmeritā irrogat eo pectoris sensu, quo pater filiū charissimū secari vricq; iubet, ita demū spiritale erit, qd' agit. Plaricq; p̄pensione naturæ, atq; ingenij, p̄prietate, rebus nonnullis vel gaudent vel abhorrent. Sunt quos nihil titillet uere nerea voluptas. Ne p̄tinus sibi ad virtutē arrogant quod est indifferentes. Non carere libidine, sed vincere libidinem virtutis est. Ali⁹ gaudet ieiunare, gaudet adesse sacris, gaudet frequē esse in templis, gaudet cōplurimū psalmorū dicere, sed in spū. Exige ad hanc regulā quod facit. Si ad famā, si ad emolumentū spectat/carnem sapit/nō spiritū. Si tantū ingenio indulget suo, facit em̄ qd' animo lubet, non habet quur sibi magnopere placeat, imo quod timeat habet. En tibi periculū. Oras & nō orantē iudicas, Ieiunas; & fratrem manducantem cōdemnas. Quisquis non facit, quod tu, eo te meliorē iudicas. Vide ne ad carnem pertineat ieiuniū tuū. Eget frater ope tua, tu interim p̄culis tuis deo obmurmuras, fratris egestatē dissimulans, auersabit istas p̄ces deus. Quomodo em̄ te orantē audiet deus, quum tu non audias homo hominē? Accipe & illud. Amas vxorem, hoc tantū nomine, quod vxor est. Nihil magni facis. Nam istud quidem est tibi cum ethnicis commune. At amas, non ob aliud, nisi quia tibi voluptati est. Ad carnem tendit amor tuus. Sed amas ob hoc potissimum, qd' in ea perspexeris imaginē Christi, puta pietatem, modestiā, sobrietatē, pudicitiam, iamq; non illam in ipsa, sed in Christo, imo in ea Christum amas, ita demum spiritaliter amas. Verū his de rebus plura, sed suo loco.

¶ Regulæ quædā generales veri Christianismi.
Nūc quoniam ad id, quod p̄positū est, vtrūq; viam aperuis

Opa etiā bona
qua cautela dif
cutienda sint.

se, & quasi syluā quandā cōparasse videmur, ad reliqua p̄p̄e
 randū, ne nō enchiridion, sed ingēs fiat volumē, Conabimur
 aut breuiter regulas quāsdā, quasi nexus quosdam palestricos
 Metha tradere, quarū ductu, tanq̄ filii Dedalei facile queas e mundi
 mor. 8. huius erroribus/velut e labyrintho quodā inextricabili emer
 gere, atq; ad purā lucē vitæ spiritalis p̄tingere. Nulli disciplinæ Ars bñ viuēdi
 sui canones desunt, & sola beate viuēdi ratio, nullis præceptis
 adiutabī: Est autē omnino virtutis ars quædā & disciplina,
 in qua qui se grauius exercēt, n̄s deniq; aspirat ille sanctorū co
 natū p̄uector spūs. Qui vero dicūt, recede a nobis, scientiā
 Iob. 21. viarū iurū nolū, hos reijciet misericordia diuina, p̄pterea
 quod ipsi reiecerūt scientiā. Sument autē hi canones, partim a
 persona dei, diaboli, & nostra. Partim a rebus. i. virtutibus ac
 vicijs, & quæ sunt his coniuncta, Partim a materia virtutū &
 viciōrum. Conducent potissimū aduersus tria mala, reliquias
 culpæ genitalis. Nam & si labem absterfit baptisimus, tamen
 hæret adhuc quiddam veteris morbi, relictum in nobis, tum
 ad custodiā humilitatis, tum materiā segetemq; virtutis. Ea
 sunt cæcitas: caro, & infirmitas. Cæcitas ignoratiōis nebula/ra
 tionis obscurat iudiciū. Lumē em̄ illud purissimū diuini vult
 quod cōditōr infuderat sup nos, quū nō nihil offuscavit culpa
 primorū parentū, tum corrupta educatio: improb^o cōuictus,
 peruersi affectū, viciōrū tenebræ, cōsuetudo peccandi, tanta
 obduxit rubigine, vt diuinitus insculptæ legis vix vestigia q̄
 dam appareāt. Ergo (vt coeperam) cæcitas facit vt in delectu
 rerū fere cæcutiamus, p̄ optimis pessima sequētes, potiora mi
 nus vtilibus posthabētes. Caro sollicitat affectū, vt etiā si quid
 sit optimū intelligam^o, diuersa tamē amemus. Infirmitas facit
 vt virtutem semel arreptam, vel tædio, vel tentatione vici, de
 seramus. Cæcitas officit iudicio. Caro deprauat voluntatem.
 Infirmitas frangit constantiam. Primū igit̄ est, vt fugiēda dig
 noscas ab expetēdis, atq; ideo tollenda cæcitas, ne in rerū de
 lectu hallucinemur. Proximum vt malum cognitum oderis,
 bonum ames, & in hoc vincenda caro ne contra mentis iudis
 cium dulcīa p̄ salutaribus amemus. Tertiū vt in bene coeptis
 E

Fomes ad qd
 nobis relict^o sit

Tria præcipua
 hoim mala
 Cæcitas

Caro,
 Infirmitas.

Intelligere
 Velle,
 Perseuerare.

perseueres, atq; iccirco fulcienda infirmitas. ne turpius virtutis
viam deseramus / q̄ fueramus non ingressuri. Ignorantia mes
dendum, vt videas qua sit eundum. Caro domanda, ne a cog
gnita via seducat in deua. Infirmitas animanda: ne viam arca
ingressus, vel vacilles, vel resistas, vel deslectas, neue semel ara
tro manum admolitus respicias, sed exultes vt gygas ad cur
rendam viam. Semper in ea quae sunt ante temet extendens,
eorum quae retro sunt oblitus, donec apprehendas brauiū &
coronam promissam perseuerantibus. Ad hec itaq; tria Ca
nones quosdam pro nostra virili accomodabimus. Luce, 9
P̄. 18
Phili, 3

Contra malum ignorantia,
¶ Canon Primus.

Quoniam vero fides vnica est ad Christum ianua, primam
oportebit esse regulam, vt de ipso atq; illius spiritu traditis scri
pturis q̄ optime sentias. Credasq; non oretenus, non frigide,
non obscianter, non hesitanter, quemadmodū vulgus facit
Christianorum, sed toto pectore penitus infixum immotūq;
sedeat, ne vnum quidem in eis Iota contineri, quod non ma
gnopere ad tuam salutem pertineat. Nihil quicq; te moueat
quod bonam hominum partem, sic vides viuere, quasi coelū
& inferi, fabule quae piam essent aniles, terricula aut illectamē
ta puerorum. Tu vero credens, ne festinaueris. Et si ad vnum
vniuersus infanuat mundus, vertantur elementa, desciscant an
geli, non potest mentiri veritas, non potest nō euenire, quod
deus euenturum esse praedixit. Si deum esse credis, veracem
credas oportet. Sic prorsus habeto, nihil tam verum esse, nihil
tam certum atq; indubitatum eorū, quae auribus hauris, oculis
coram intueris, manibus tenes, q̄ quae legis in his lris quas
coeleste numen. i. veritas inspirauit, sancti prophetae prodide
runt, tot martyrum sanguis cōprobauit, quibus tot iam saeu
lis p̄torum hominum cōsensus subscripsit, quas Christus ipse
in carne, & sermone tradidit, & moribus expressit, testantur
miracula, confitentur & demones, adeoq; credunt, vt & cons

Scripturis diui
nis firmiter cre
dendum.

Ne festinauer
Si non cōtinue
p̄ces tuę exau
diunt aut aliud
quiddā tradat
a deo, p̄missum
sue praedictū.